

*Mandato relativo alla custodia
delle strade e dei passi del Regno
dalle incursioni dei Saraceni.*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Mandato relativo alla custodia
delle strade e dei passi del Regno
dalle incursioni dei Saraceni.*

1269-05-25

Karolus etc. Eidem Iustitiario etc. Cum ad custodiam stratarum infrascriptarum jurisdictionis tue, pro securo transitu venientium ad felicem exercitum nostrum Lucerie et aliorum transeuntium per partes ipsas, Celsitudo nostra providerit, XXV equites videlicet per stratam SyPonti novelli et Sancti Quirici usque Fogiam [et] XXV alios equites per stratam Civitatis usque Luceriam et Fogiam deputandos, f. t.... mandamus quatenus dictos equites L, fideles et strenuos et armis et equis decenter muniendos, in jurisdictione tua debeas invenire, ipsosque... pro mense uno ad rationem de unciis auri duabus... per mensem... solidare procures.... Volumus etiam... ut XXV servientes pedites, fideles et strenuos, armis decenter munitos in eadem jurisdictione tua invenire et... pro mense uno solidare procures, ad rationem de augustalibus tribus pro quolibet..., et ipsos ad custodiam introitus et exitus vallis Fortiensis... debeas deputare; non obstante etc. Hominibus insuper... in eadem jurisdictione tua... segetes expresse precipias... longe a Luceria debeant [deferre]... sub pena... et quod segetes eorum, prout eas secari contigerit statim, non expectato quod congregentur... ferantur ad loca tuta..., eo quod per Saracenos auferri nequeant vel comburi. Mandamus insuper ut.... predicti equites... diebus statuendis inter se in locis aliquibus... conveniant..., simul deliberando... super ipsorum processibus, ita quod una comitiva sitconscia processuum alterius... Nichilominus mandes.... quod venturi ad dictum exercitum, quoadunata comitiva apud....et SyPontum, sic de partibus adiacentibus illuc conveniant, et hoc dictis equitibus et stipendiariis

intimato de terra ipsa sub eorundem conductu simul
veniant ita divisim.

Datum in obsidione Lucerie, XXV madii XII ind., R. n.s.
IV.